Correspondencia Latina

Magister clarissime:

Horatianæ tuæ versiones in lucem editæ, quarum exemplar mihi nuper inscripsisti, honori muneris addunt lectionis doctrinam et solatium. Rari quidem latinorum carminum interpretes conceptus auctoris reddunt ac formæ simul venustatem. Nec prœmium neque postremæ demerentur adnotationes: quæ omnia litterarum humaniorum peritiam sapiunt atque sollertiam.

Excultis dumtaxat ingeniis datum est viam classicam antiquitatis retrorsum adgredi, vatis augustalis hortum petendo ut laureas exinde, florum pomorumve thesaurum nobis traderent, favosque laborem apium Hyblæ montis redolentes.

Idem tibi decebat opus: filio seraphici psaltæ, Pieridum alumno, cui grates de accepto dono referens quamplurimas, cum ave fraterno peraddictus sum in Xto.

Johannes Ch. Garcia, presbytero.

Ex urbe, in festo Mariæ christianorum Auxilatricis, IX kal. Junias, R. S. anno MCMXXXVI.

R. P. Gregorio Arcila Robledo, O.F.M.

JUAN C. GARCIA, Pbro.
(B. A.)

Dr. D. Cristóbal de Araque y Ponce de León

(Primer Rector de este Colegio Mayor - 1654-1667)

(Oleo de autor desconocido)

Universidad del Rosario | Archivo Histórico